e-codices

N equod hic agimuſ heruſ percipiat fieri mea planeſium
M ane ſuffundam aquulam. Pa uiden ut anuſ tremula medicinā facit
E apſe merum condidicit bibere foribus dat aquam quam bibant
Pla V bi tu eſ qui me conuadatus veneris uadimonijſ:
S iſto ego tibi me & mihi contra itidem ut ſiſtas ſuadeo
Phe A dſum nam ſi abſim haud recuſem quin me male ſit ł mecum
Pla A nime me procul amantem abeſſe haud conſentaneum eſt
Phe P alinure palinure. Pa eloquere quid ē quod palinurū uoceſ
Phe E ſt lepida. Pa nimis lepida Phe ſum deuſ. Pa immo haud magͤ precij
Phe Q uid uidiſti aut quid uidebis magis dijs equiperabile:
Pa M ale ualere te qđ egre mihi eſt. Phe male mihi morigerus tace
Pla I pſus ſe excruciat qui homo qđ amat uidet nec potitus dum lic&
Phe R ecte obiurgat ſane haud quicq̄ magiſ quod cupiam tam diu
Pla T ene me amplectere ergo. Phe hoc et eſt quam obrem cvpiam uiuere
Q uia te prohibet heruſ clam hero potior. Pla prohibet nec prohibere qt
N ec prohibebit niſi mors meum animū abſte alienaverit.
Pali E nimuō nequeo durare quin ego herum accvſem meum
N am bonum ē pauxillum amare ſane. inſane nō bonum eſt
V erum totum inſanum amare hoc ē quod meus heruſ facit
Phe S ibi ſua habeant regna regeſ ſibi diuitiaſ diuites
S ibi honoreſ ſibi uirtutes ſibi pugnas ſibi proelia
D um mihi abſtineant inuidere ſibi habeat q̄ſq̄ qđ ſuū eſt.
Pal Q uid tu uenerin peruigilare te nouiſti phedrome:
N am hoc quidem edepol haud multum poſt luce lucebit. Phe tace
Pal Q vid taceam: quin tu iſ dormitum. Phe dormio ne adclamiteſ
Pal T u quidem uigilaſ. Phe at meo more dormio. hic ſomnus ē mihi
Pal H euſ tu mulier male mereri de īmerente inſcitia eſt
Plan I raſcere ſi te edentem hic a cibo abigat. Pal illic&
P ariter hoſ perire amando video uterque inſaniunt
V iden ut miſere moliuntur nec queunt complecti ſatis
E tiam diſpartimini. Pla nvlli ē homini perpetuum bonū
I am huic uoluptati hoc adiunctum eſt odium. Pa quid ais propudium:
T un et cum nocturniſ ocvlis odium me uocas:
E briola perſole nuge. Pla tū meam uenerem uituperaſ
Q uen quidem mihi pollutus uirgiſ ſeruus ſermonem ſerat
A t ne tu hercle cum cruciatu magno dixiſti tuo

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 58v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/58v)